

8618 Gaviae vas. II¹ p. II S:III².

In poculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae sequitur) reperto (Villefosse monuments Piot 5, 1899 p. 62). — 1) Vasa duo, cf. N. 8617 not. 2 (vas. II postea additum). — 2) Pondo: duo (libras duas), uncias octo, (scripula) quattuor. Inscriptiones Graecas figuris (sceletis) in hoc poculo expressis adiectas non repetivi ([Σο]φοκλῆς Ἀθηναῖος, Μοσχῶν Ἀθηναῖος χτλ.; Σοφία, Δόξαι etc.).

8619 phi.¹ et emb.² p. p.³ II⁴S :⁵ Σ⁶VI, phi.¹ p. p.³ II⁴—Σ⁷, emb.² p. p.³ S—Σ⁸.

In uno ex vasculis prope Pompeios repertis et Parisios translatis, notis sub appellatione ‘trésor de Boscoreale’ (Villefosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 42, 43). — 1) Phiala, 2) emblema. Cf. supra N. 4863. — 3) Pendent pondo. — 4) Duo (libras duas). — 5) Dextantem (semissem et uncias quattuor). — 6) Scripula. — 7) Uncias duas, semunciam. — 8) Uncias septem, semunciam. Pondus emblematis (unc. 7½) additum ad pondus phialae (libr. 2 unc. 2½) efficit libras 2 dextantem. Apparet aut in emblematis aut in phialae pondere indicando vel etiam utroque loco scripulorum mentionem omissam esse.

8620 M. Domitius fece Polygnos. (*In alio angulo*) p. IS¹.

In speculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae praecedit) reperto et Parisii adservato, prope manubrium (Villefosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 90 fig. 20 cf. tab. XIX). — 1) Pondo I, semissem.

8621 P. Cipi Polybi¹.

In manubribus trullarum et paterarum aenearum, tam in Italia quam in provinciis, item extra fines imperii, in Dania, in Pomerania, repertarum (X 8071, 56. XI 6747, 5. XIII 40027, 17 cet., plene collegit Willers die roem. Bronzeeimer von Hemmoor p. 214, adde Ann. Bonn. 111/2, 1904 p. 409). — 1) In aliis vasibus eiusdem generis leguntur nomina aliorum Cipiorum (P. Cipi Hymni, P. Cipi Nicomachi cet.; cf. eam quae sequitur). In Campania vasa haec facta esse statuit Willers l. c.

8621^a P. Cipi Nicomachi¹ — sors Mercuri.

In manubribus duorum vasorum aeneorum, in Italia (Herculanei ut dicebatur) et in Stiria repertorum (X 8072, 45. III 6047, 9 alterum vas vidit Henzen, alterum Mommsen). — 1) Nicomac. exemplum Herculaneense.

8622 cacabolum sacris Augustis¹, vernaculus nuntius iunior.² | Seculum bonum s. p. q. R. et populo Romano³, felix Tarraco.

Tintinnabulum aeneum, Tarracone rep. (Eph. ep. 8 p. 447 n. 198 cf. p. 518, imago est archaeol. Anzeiger 1894 p. 487). — 1) Augusta fortasse dicuntur sacra divorum et Augustorum Tarracone culta (Huebner Eph. l. c.). — 2) Ipsum cacabulum dici vernaculum nuntium putat Hirschfeld (apud Huebnerum l. c.). — 3) et pop. Romano abundat, cum praecedat p. q. R.

8623^a uror | amor|e tuo.

Fibula aenea, Genavae rep. (XII 5698, 18 vidit J. Schmidt).

8623^b quod | vis, eg|o volo.

Fibula aenea, Bouvines (prope Lille) rep. (Bull. des antiquaires 1872 p. 95).